& ita nec Materialis, neque immaterialis cauſa priùs quam Materiale ipſum cognoſci vel in Intellectu prius eſſe poteſt, quod idem ſonat, atque: *Scientia, ſeu Cognitio de Materiali ex cauſis, nulla eſt.* *Ergo cognitio Phyſica ex cauſis præcognitis nulla.*

IX.

Durum ſanè verbum & quod omnes facile, quotquot ſunt, Scholas, in me excitet, niſi deprecer, cum promiſſo explicandi mentem meam, & cedendi, meliora doctus; quorum prius ita perfectum eo. *Hypotheſis*

X.

Cum Quæſtio eſt: *an detur ſcientia Phyſica*, quærendum primò eſt: *an detur* Res ſeu *Exiſtens* aliquod phyſicum. Nempè illud de quo acquiri debeat cognitio. Hoc poſito, noſcendæ ſunt *cauſæ*, quæ *Explicatur.*